Fragmentarium

mare in aridam in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in
ipso. Qui dominatur in virtute sua in eternum: oculi eius super gen
tes respiciunt qui exasperant non exaltentur in semet ipsis. e
nedicite gentes deum nostrum: et auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotio
nem pedes meos. m probasti nos deus igne nos examinasti
sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum
posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super
capita nostra. ransivimus per ignem et aquam: et eduxisti nos
in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis: red
dam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. t locutum
est os meum: in tribulatione [illegible]a. Holocausta medul
lata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boves cum
hyrcis. enite audite et narrabo omnes qui timetis deum:
quanta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamavi: et ex
ultavi sub lingua mea. niquitatem si aspexi in corde meo:
non exaudiet dominus. Propterea exaudivit deus: et a[illegible]ndit
voci deprecationis mee. enedictus deus: qui non amovit ora
tionem meam et misericordiam suam a me. Psalmus dd
Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vul
tum suum super nos et misereatur nostri. t cognoscamus
in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Con
fiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. ete
[illegible] gentes: quoniam iudicas populos in equitate et ge[illegible]

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 43v – Psalterium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-qh4w/3465/36137)